Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



ui animam meam. Deus meus in te confido non erubescam. ℟. Neq; irrideant me inimici mei et enim universi qui sustinent te. ℣. non confundentur. Deus meus. Lectio octava.

Feminae eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. Similiter autem et masculi relicto naturali usu feminae exarserunt in desideriis suis in invicem masculi in masculos turpitudinem operantes et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. ℟. Audiam dominum quoniam laudes tuae. ut enarrem universa mirabilia tua. ℣. Domine dilexi decorem domus tuae et locum habitationis gloriae tuae. ℣. Ut enarrem. Ad cantica. Antiphona. Alleluia. Cantica. Domine miserere. ℣. Exaltare domine in virtute.

In illo tempore. Nuptiae factae sunt. Secundum Johannem. In cana galilee. et erat mater iesu ibi. Vocatus autem et ihesus et discipuli eius ad nuptias. et ℟. Dominus. ℣. Venite.

Quod dominus iesus atque salvator ad nuptias vocatus non solum venire sed et miraculum ibidem quo convivas letificaret facere dignatus est. exceptis celestibus sacramentis signis etiam mystica lucam fidem recte credentibus confirmat. ℟. Quam magna multitudo dulcedinis tuae domine. Quam abscondisti timentibus te. ℣. Perfecisti eis qui sperant in te domine in conspectu filiorum hominum. Qui. Lectio. x.

Porro taceam et maritorum errores quos nuptiis detrahunt pudicia quam sit dampnabile insinuat. Si thoro immaculato et nuptiis debita castitate celebratis culpa mentis nequaquam dominus ad has venire et nequaquam eas signorum suorum miraculis convivare noluisset. ℟. Afflicti peccatis nostris cotidie cum lacrimis expectemus finem nostrum dolor cordis nostri ascendat ad te domine. ℣. Ut eruas nos